3. Klausur / tertium examen maius (9.2.2007)

1)

a) Quod Caesar dominationem adeptus est, haud scio an Cicero id non probaverit.

b) Se referens ad / Revocans studia litterarum, id agebat, ut cives quam optime (posset) adiuvaret.

c) Ratus philosophiam sibi procurationem rei publicae substituere (posse), sententiam suam (in) libris dicebat.

2) (Cicero, *De divinatione* 2,6,2-2,6,14)

Ac mihi quidem explicandae philosophiae causam attulit casus gravis civitatis, cum in armis civilibus nec tueri meo more rem publicam nec nihil agere poteram nec, quid potius, quod quidem me dignum esset, agerem, reperiebam.

Dabunt igitur mihi veniam mei cives vel gratiam potius habebunt, quod, cum esset in unius potestate res publica, neque ego me abdidi neque deserui neque afflixi neque ita gessi, quasi homini aut temporibus iratus;

neque porro ita aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae paeniteret.

Id enim ipsum a Platone philosophiaque didiceram, naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum.